

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 2, k. 106va–106vb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 1

Incipit fundamentum.

[1] Cesar Octo Ruffus fundavit templum Meydeburk et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quod elegerent scabinos ac consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum. Qui tunc iuraverint et nunc iurant annis singulis, quando elliguntur, ius ac profectum ac honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius et melius sciant aut possunt, cum consilio aut iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum et voluntatem cum consensu. ^[a] Consules eciam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuum mensuram ac pondera iniusta, et choros iniustos et cuiuslibet cibi seu potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Slawicas marcas, que faciunt XXXVI solidos. [k. 106vb] Quando consules suum conventum exponunt, extunc ibi quidquid statutum fuerit aut compromissum in isto conventu firmum inviolabiliter debet observare. Et quicumque hoc violaverit, consules habent peragere. Et quicumque ad conventum venire neglexerit, dum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Sin autem sibi conventus pronunciatus fuerit, demeretur quinque solidos etc.

^a na marginesie znak nowej sekcji

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]